



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 54. Præsides a Papa ad Synodum missi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

futuri Concilii locus uno mense ante fi- Sæcul. XV.  
nem prioris Synodi designaretur, atque A.C. 1433.  
impostorum illi, quos in Pontificem eligi  
contingeret, hujus decreti observantiam  
jure jurando sponderent: id vero ita in-  
telligendum, ut Papam eligentes ante  
Conclavis ingressum sacramento fidem  
suam obstringerent, eum, qui ex ipsis e-  
ligendus esset, hoc decretum exacte ser-  
vaturum. His peractis Synodus lauda-  
tum decretum promulgari jussit.

#### §. LIV.

##### *Præsides a Papa ad Synodum missi.*

Paucis post hanc consultationem elapsis  
diebus Synodus a Sigismundo Rege  
literas accepit Viterbii die nona Maji da-  
tas, quibus significabat Patribus, a Pon-  
tifice Legatos fuisse deputatos, qui ejus  
nomine Concilio a se confirmato præ-  
essent, sed quia horum discessui quædam  
adhuc obstarent impedimenta, alios in-  
terim præsides ab eodem mitti. Quapro-  
pter hortabatur Patres, ut hosce Le-  
gatos speciali honore reciperent, nec quic-  
quam agerent, quo Ecclesiæ pax per-  
turbari posset. Demum eosdem certio-  
res reddebat, Papam altefatis Deputatis,  
donec quatuor Cardinales Legati Basili-  
leam venirent, plenam decidendi potesta-  
tem dedisse, adhibito tamen ceterorum  
Synodi

Sæcul. XV. Synodi Patrum consilio. Insuper Sigis.  
 A.C. 1423. mundus ceteras quoque conditiones, quas  
 Pontifex ab illis observari præcepisset,  
 Patribus prescripsit. Receptis hisce li-  
 teris Basileenses coacto conventu, rebus  
 que mature discussis, responderunt, se hæ-  
 pacta admittere non posse. I. Eugen-  
 ium enim non proficeri, legitimum Con-  
 cilium hactenus Basileæ fuisse, sed novum a  
 lebrari statuisse, hinc Patres non posse susci-  
 pere decretum de novo Concilio Basileæ a  
 lebrando, quoniam facere viderentur Basileæ  
 Concilium hactenus legitimum non fuisse.  
 Et se fuisse schismaticos ac rebelles, qui te-  
 mere, Et sine auctoritate convenissent. II.  
 Eundem Legatis suis dedisse auctoritatem de-  
 cernendi CUM CONSILIO PATRUM.  
 hoc autem Patres ferre nullo modo posse,  
 quia, inquiebant illi, si Patres consulenti  
 tantummodo potestatem haberent, possent lega-  
 tivi etiam contra Patrum consilia decerni.  
 Præterea, subjungunt, non competere lega-  
 tivi potestatem agendi de emendatione, ac re-  
 formatione capitis Ecclesiæ, sine qua ne-  
 tera quidem membra recte curari possent.  
 Denique concludunt: Collusiones igitur  
 hæc esse manifesta indicia, non reconcilia-  
 tionis. Hæc sunt propria Augustini Pa-  
 tricii Senensis Canonici verba.

Aug. Patric.  
 Conc. Basil.  
 Et Florent.  
 c. 29.

S. LV.